



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

27. Quæ in hoc Baptismo evenerint mirabilia.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



Sine modò, sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum. *Matth. 3. Vers. 15.*

I V. Et baptizatus est I E S V S. à Ioanne in Iordane. *Marc. 1. Vers. 9.*

## MEDITATIO XXVII

*Qua in hoc Baptismo evenerint mirabilia.*

I. **B**aptizatus autem I E S V S, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei caeli. *Matth. 3. Vers. 16.* Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus, & I E S V S baptizato & orante, apertum est coelum. *Luc. 3. Vers. 21.* Et vidit caelos apertos. *Marc. 1. Vers. 10.*

II. Et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. *Luc. 3. Vers. 22.* Et vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se: *Matth. 3. Vers. 16.* & manentem in ipso. *Marc. 1. Vers. 10.*

III. Et ecce vox de caelis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi com-  
placui. *Matth. 3. Vers. 17.* Et vox facta est de caelis:



coelis : tu es filius meus dilectus, in te com-  
placui. *Marc. 1. v. 11.* in te complacuit mi-  
hi, *Luc. 3. v. 22.*

IV. Et ipse IESVS erat incipiens quasi  
annorum triginta. *Luc. 3. v. 23.*

### MEDITATIO XXVIII.

*Christi quadragintadiæle jejuni-  
um  
in deserto.*

**I**ESVS autem plenus Spiritu sancto, re-  
gressus est à Iordane : & agebatur à Spi-  
ritu in desertum diebus quadraginta. *Luc. 4.  
v. 1.* Tunc IESVS ductus est in desertum  
à Spiritu, ut tentaretur à diabolo. *Matth. 4.  
v. 1.* Statim Spiritus expulit eum in deser-  
tum. *Marc. 1. v. 11.*

II. Et erat in deserto quadraginta diebus,  
& quadraginta noctibus : & tentabatur à Sa-  
tana : eratque cum bestiis. *Marc. 1. v. 13.*  
Et nihil manducavit in diebus illis. *Luc. 4.  
vers. 2.*

III. Et cum jejunâisset quadraginta die-  
bus, & quadraginta noctibus, postea esuriit.  
*Matth. 4. v. 2.* Consummatis illis, esuriit.  
*Luc. 4. vers. 2.*

ME.